

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**I. N. J. Damnabilis Socinianismi Gangræna, h. e. De Sectæ
Socinianæ Natura, Autoribus, Antecessoribus atqve
Progressu Dissertatio Historico-Theologica**

**Engelken, Heinrich Askan Engelken, Heinrich Askan
Rostochii, [1706]**

VD18 13121898

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-13678

DN. JOA
Incl. Reipl. G

DN. FI
Ejusden

DN. GAB
DN. SAL

Nobi

DN. N
A

D
D

DN. BA

DN. CAI

DOMINIS



ches
1
2
3
4
5
6
7
8
entimetre

e Strenuis
Cto celeberrimo,
Rerumque Bellicarum &
ntissimo.

20 Engelsfen/
CHÆ Gravissimo.

Altissimis
SCHUMANNO,
CHUMANNO,
is Dignissimis,

Noctissimoq;
SCHOVIO,
Meritissimo,

DORN,
no,
CHREITIO,
mis,

O WAHLIO,
. que FAUTORIBUS.
vendis

cimen, in debite gratitudinis
suis commendationem, cum ar-
istatu vero, submissamente con-

Eorum Cliens
Krüger / Gedanent.



I. N. J.
PRO O E M I U M.



Historiam rerum earum, quas tractare suscipimus, cognitionem non jucundam minus quam utilem esse, communis hominum Magistra ratio & sole clarior experientia quam evidenter demonstrant. Indeque sicut in refutandis heresis primum duce consuetudine, magis autem perspecta utilitate esse solet, historiam ortus & progressus earum tradere, quia id ipsum maximam rebus tractandis largitur lucem; ita illud etiam in refutatione Socinianismi, sectae maxime pestiferæ, optimum reperiet locum. Sunt sanè, nemine qui rectius rem considerat, dissentente, *tela ignea Satanae*, quæ à satellitibus ejus furiosissimis Socinianis, idque o nefandum facinus! adversus DEUM atque JESUM nostrum in hunc usque diem emittuntur, non minori fani jure eo titulo exprimenda, quam horribiles *fideorum adversus Christum DEum & Christianam Religionem libri*, à celeberrimo J.C. Wagenseilio sub hoc nomine indigitati; eaq[ue] tanto magis abominanda pariter ac observanda, quod pestiferi jaculatores arma sese ex proprio Christianorum, quod Judai contemnunt, armamentario, Novo puta Testamento, depromere gloriantur, maximamque præferunt pietatis speciem. Verum historia eorum prodit, quod *ex una parte nova* sit hæc pietatem simulans, sed revera audax & in contemptum Filiū DEI nata secta, *ex altera autem parte hereticis antiquis*, ac in Concilii omnibus ecumenicis damnatis, suum debeat ortum. Ipse Faustus Socinus vera infastus, de Lalo Patruo suo profiteri non erubescit in *Fragm. duorum scriptorum*, quæ reperiuntur in *Bibliotheca fratrum Polonorum Unitariorum Tom. I.*, & quidem p. 783, quod DEUS, quæ illi NB. uni patet fecerit, omnibus manifesta esse voluerit, ut ignorantiae nebris penitus discessit, incipiat tandem Christianum populus ei ex animo fidere, debitemque obedientiam praestare. Non minus impia sunt horrendaque, quæ ex perverso animo eructare audet Christophorus Sandius, Cadmus Socinianorum frater, Arii castra strenue secutus, sicut appareret ex *Nucleo H. E. p. 149. seq.* & ex scriptis contrà Andr. Wissmannum Socini Nepotem ac defensorem confessis, ac in *Biblioth. Ante-Trinitar. p. 71.* recensitis. Ille enim p. 50. novam quidem esse Socini sententiam, quando hic per *Ad. 07 Joh. 1, 1. seq. hominem* Jesum intelligit, asserit, quod etiam clarius dicit p. 93: interim verba adhibet talia, quibus omne cum hereticis collusionem ab eodem Socino removere videtur, cum istam est contrario Defensoribus SS. Trinitatis impudenter adscribere audeat. Lege & obsequio, quando scribit, p. 50: *nullum hereticum ante Arium in Articleulo de Trinitate, cum Ario credidisse; nullum hereticum ante Socinum eadem de verbo cum Socino docuisse; quin postius omnes hereticos in eo, quod crediderunt unum esse DEUM, Patrem, Filium & Spiritum, unam substantiam & tres Personas, cum Ecclesia Romana confessisse.* Alii falsum est pariter ac blasphemum illud assertum. Nam quomodo hoc de SS. Trinitate dogma potest esse hereticum, quod cana ac orthodoxa antiquitas, ex S. literis desumptum, con-

A

stanter

